Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia hoc est dicere esse quasi sapere. sic non tres essentias. sic non tres sapientias
dicimus. Sic enim quia hoc illi est dicere esse. quod est esse. tamen tres essentias. quam
tres deos dicere fas non est. Si autem aliud est dicere esse. aliud subsistere. sicut
aliud dicere esse. aliud patrem esse. et dicere esse. quod enim est ad se dicitur: pater autem
ad filium. et dicitur ad seruientem creaturam dicitur. relatiue quoque subsistit
sic relatiue gignit. et relatiue dinatur. Ita iam substantia non erit substantia.
quia relatiuum erit. Sic quoque ab eo quod est esse appellatur essentia. ita ab eo
quod est subsistere substantiam dicimus. absurdum est autem. ut substantia rela
tiue dicatur. Omnis enim res ad se ipsam subsistit. quanto magis deus

Si tamen dignum est ut dicatur subsistere. .xxvi.

De his enim rebus recte intelligitur. in quibus subiecta sunt ea quae
in aliquo subiecto esse dicuntur. sicut color [illegible] aut forma
in corpore. Corpus enim subsistit et idcirco substantia est. il[illegible]la vero in sub
sistente atque in subiecto corpore. quia non subsistunt; in [illegible] substantia
et idcirco si desinat esse. et ille color et illa forma non adimunt [illegible] cor
pori corpus esse. quia non est hoc ei esse quod illam et illam formam colore [illegible]ue
retinere. Res vero mutabiles neque simplices. proprie dicuntur sub
stantiae. Deus autem non sic subsistit. ut substantia proprie dici possit. quia non
inest in eo aliquid tanquam in subiecto. Nefas est enim dicere ut subsis
tat et subsistit deus bonitatem suam. atque illa bonitas non substantia sit et potius
essentia. neque ipse deus sit bonitas sua. sed in illo sit tanquam in subiec
to. Unde manifestum est. dum abusiue substantiam uocari. ut nomi
ne usitatiore intelligatur essentia. quod uere ac proprie dicitur. ita ut
fortasse solum dum dici oporteat essentia. Est enim uere solus quia
incommutabilis est. idque nomen suo famulo moysi enuntiauit. cum
ait. ego sum qui sum. et dices ad eos. qui est misit me ad uos. Sed tamen siue
essentia dicatur quod proprie dicitur: siue substantia quod abusiue. utrumque ad se dicitur
non relatiue ad aliquid. Unde hoc est dicere esse quod subsistere. et idcirco si una
essentia trinitas. et una etiam substantia. fortassis quoque commodius dicuntur tres